



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

III. Epistola vocatoria Metropolitani pro consecratione Episcopi electi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

cessum piissimi patris & pastoris nostri illius, & qualiter Ecclesia sibi credita præstantissimo pastore sit viduata plurimis terrarum finibus manifestum esse compemus. Et ideo lacrymabiliter preces unanimis supplicationis vestrae paternitati mitimus, ut nobis in substituendo pastore morem patrum & prædecessorum beatorum Pontificum imitantes, paternum nobis ferre auxilium \*\*\* humiliter poscentibus pio \*\*\* moribus & scientia \*\*\* decoratum comperimus, illum gloriosissi. \*\*\* decubantem, ejusque servitus immorantem, nobis expetivimus ..... postulavimus habendum, & per Dei misericordiam quasivimus. .... cendum. Et quoniam divina misericordia clementia in ejusdem postulationis devotione benevolum atque concordem prænominatum nostrae unanimitate effecit Regem, juxta hoc quod scriptura testatur dicendo, *Cor Regis in manu Dei est, quoque voluerit vertet illud, totius Ecclesiae, cleri scilicet plebisque, in ejusdem præclarissimi viri electione par est devotio, unus idemque assensus, in nullo dissimilis adelamatio; sed sicut nobis est unu Deus, una fides, unumque baptisma, ita & nobis omnibus in supradicti electione pontificalisque ordinis consecratione atque substitutione unum est per omnia velle, & nullum extraneum appetere, quin totius Ecclesiae voce præsenti decreto concorditer & consonanter conclamando, virum memoratum, non simplici, sed multipli sermone*

cordis & corporis devotione nobis pastorem eligere, eumque idoneum, quantum nostræ fragilitati nosse conceditur, tanto pontificio esse, sicut voce fatemur, ita etiam omnium nostrorum subscriptionibus devotissime roboramus, & communis annotationis decreto, Dei misericordia præduce diuturnitate temporum nobis pastorem habendum eligimus & optamus, more quoque canonico sub gestorum serie confirmamus.

*Epistola vocatoria Metropolitani pro consecratione Episcopi electi.*

III. Dilectissimis fratribus & filiis Presbyteris, Diaconis, Honoratis, Clericis, & Possefforibus, vel cunctæ plebi illius Ecclesia, similiq[ue] vocato Episcopo illi, M. auxiliante Domino Metropolitanus sanctæ sedis apostolicae illius. Dilectionem vestram salubriter alloquimur, quia prædictum talem à vobis electum Episcopum, virum venerabilem, tali Ecclesiæ ordinarie compellimur, laudemus & honoremus Iesum Christum, ut qui vobis hanc electionis devotionem dedit, nobis quoque perficiendi tribuat facultatem. Nam fatus virum religiosa violentia tenete, & ad sanctam nostram sedem ill. perducere festinate: qui forte magis dignior erit, si se occultare voluerit. Ob quam rem hanc direximus admonitionem, quemadmodum optimè placuit sanctæ synodo Episcopum fine vocatoria suscipi non debere, ne obscuritas dubiae ordinationis incurrat,

